Vicipædia

Lingua Troiana

Lingua Troiana est lingua nobis ignota qua utebantur Troiani tempore belli Troianorum saeculo tertio decimo a.C.n.



"Altae moenia Troiae," ut scripsit Vergilius (Verg. I, 7).

Index

Quaestio Homerica

Nunc constat Homerum non mentitum esse et res vere historicas, ut tunc temporis narrabantur, narravisse carminibus. Hoc tempore enim ad res serias et scientificas, astronomicas, cosmographicas scribendas non prosaice sed carminibus utebantur scriptores.

Ita urbs Troia VIIa, deleta incendio et demonstrans multa signa stragis, ab archaeologis magis magisque habetur ut vera Troia Homerica.

Haec urbs in archivo regum Hittitarum nota est nomine *Vilusa* (*Wilion*, cum digammate in Homero).

Theoria Luvitica de origine linguae Troianae

Secundum indagationes scientificorum ut Jaan Puhvel Finnicus lingua qua loquebantur Troiani erat lingua familiae indo-europaeae cui nomen *lingua Luvitica*[1]. Etiam nomina personarum originem Luviticam demonstrant : e g. Priam e *Pariia-muva* originem trahere videtur quod significat "Per multum validus". Idem de nominibus quae clara sunt ut *Alaksandru*, *Aeneas*,[2] etc.

Anno 1995 sigillum ex archivo urbis saeculi tertii decimi a.C.n. inventum est in ruderibus Troiae quod inscriptionem habebat quam in Luvitica lingua putatur scriptam esse.

Notae

1. Jaan Puhvel, *Homer and Hittite*, 1991.
2. H. von Kamptz, *Homerische Personennamen* (Gottingae, 1982) 380-382.

Bibliographia

- Shawn A. Ross, "*Barbarophonos*: Language and Panhellenism in the *Iliad*," *Classical Philology* 100 (2005), pp. 299–316.

- Calvert Watkins, "The language of the Trojans" in *Troy and the Trojan War: a symposium held at Bryn Mawr College, mense octobri 1984*, 1986 ,ed. M. J. Mellink. Bryn Mawr.
